

IACOBI CUIACII,
IURECONSULTI PRAE-
CLARISSIMI, OPERVM
POSTVMORVM

Papinianus.

HOC EST,

IN RESPONSA ÆMILII PAPINIANI
IURECONSULTORVM CORYPHÆI,
recitationes accuratissimæ a multis mul-
tum expetitæ,

*Definitionum libros II.
Adiecimus } De adulteriis libros II.
Assumpsit librum singularem.*

OMNIA EX MANUSCRIPTIS CODICIBVS, QVA
potuit optima fide & diligentia, ex recensione magni nominis
I. C. nunc primum in lucem edita.

Cum indice gemino, legum scilicet explicatarum, rerum & verborum, quæ potissimum
in his Commentariis continentur.

Cum gratia & privilegio Cesar. Maiest. ad decenn.



*Ex Libris
d. d. d.*



Domini...
D. ...

1 5
[Signature]

9 5.
[Signature]

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Paltheniana, sumtibus Petri Fischeri.



IACOBI CUIACII
 CONSILIARII REGII
 IURECONSULTI
 PRÆCLARISSIMI,

COMMENTARIA ACCVRATISSIMA
 in librum primum responsorum
 Æmilii Papiniani.



Non erit alienū pro-
 ponere differentiam
 inter quæstiones, &
 responsa Papiniani,
 vt in vtrisque; quā ra-
 tionē obseruauerit
 facilius intelligatur.

Ac primum quidem
 facienda contentio quæstionū & respon-
 sorū: Papinianus in quæstionib. tractat, vt
 ait. l. 6. §. si ades. ff. si seruit. vind. tractat, hoc
 est, disputat. vt & in l. 3. C. de summa. Trinit.
 ne quis audeat de f. d. tractare. hoc est, dispu-
 tare, vnde tractatores posterior ætas dixit,
 auctore Vincentio Comment. aduers. hares.
 canonicos Doctores, qui disputationes in-
 stituunt agitantque publice. In responsis
 autem Papinianus non disputat, sed deci-
 dit de iure, quod sentiat, hoc est, respondet
 vel rescribit absente. Respondet nimirum
 presentibus, rescribit absentibus, vt in Lex
 contractu. inf. de re iudic. Scæuola libro re-
 sponsum rescripsisse dicitur. Et hæc quo-
 que verborum differentiam obseruat Se-
 neca 9. epist. dū ait: Si quando interueniant
 epistola tue, tecum mihi esse videor, & sic affi-
 cior animo, non tanquam rescribas sed respon-

A deas. Qua distinctione seruata etiam dixeris
 recte; ex responso promissorē obligari sti-
 pulatori, nō ex rescripto, quia stipulatio cō-
 trahitur verbis, nō literis, & inter p̄sentes,
 nō inter absentes l. 1. de verb. obligat. Verū
 ad rem. Quæstiones vt aliter rem explicē,
 sunt vberes quidam ipsiq; diffusi tractatus
 iuris: responsa sunt tanquam oracula ad-
 modum breuia. In quæstionib. Papinianus
 doctoris; in r̄sulis Iurecōsulti munere fun-
 gitur. respōsa reddunt consultoribus, quæ-
 stiones petentibus non redduntur, sed p̄-
 ponūtur auctoris arbitrato. deniq; in quæ-
 stionibus electio est iuris auctoris: in re-
 sponsis aut responsorum causis electio est
 eius, qui rogat aut consulit iuris auctores.
 Quo fit vt libris quæstionum Papinianus
 non nisi difficiles & arduas quæstiones tra-
 cter, quia ei pudori fuisset eligere faciles &
 leues. Cæterum responsa sunt pleraq; fa-
 cillima, prout res fert & causa, & factum,
 quod in consultationem deducitur. Nobis
 a. facillimum erit ducendum principium
 puta a l. 20. de offic. pref. l. vlt. de offic. ad sess. l.
 14. de in iur. voc. & cæteris legib. quæ sunt ex
 lib. 1. responsor. Papiniani.